

Cap. Ecclēſiæ, S. MARLE.

ſtitutionibus. Vbi ſic dicitur: Nos attendentes quod laici (etiam Religioſi) ſuper Ecclēſiis, & perſonis Ecclēſiaſticis nulla ſit attributa facultas, &c. Vbi Ecclēſiæ nomine bona ad Ecclēſiam ſpectantia comprehenduntur conſtat ex Cap. Cum laici, de rebus Ecclēſiæ non alienandis, vbi idem, & eiſdem ferè verbis ſtatuitur, illis inquam: Cum laici (quamuis Religioſi) diſponendi de rebus Ecclēſiæ nulla ſit attributa poteſtas: quos obſequendi manet neceſſitas, non auctoritas imperandi. Sic ibi.

Neque privilegium pro eo vult ſpeciali.

Ad Alexandri 6. conſeſſionem venocandū.

Ne Religioſi noua prædia acquirant ut Regiſ ſebedulis cauatur.

Ingenis in prædicta cauione deceptio.

114 Cùm ergo hæc ita ſe habeant, non videtur quomodo Rex noſter, Canonici iuris auctoritate reueritã, & retentã obſeruatione, adminiſtrationem dictã ſibi poſſit arrogare. Pro quo nec ſpeciali allegari poteſt priuilegium; quia circa hoc Pontifices minimè affecti comperiuntur; cùm ſæpiùs tentauerint Collectores in Indias mittere, quales in Hiſpaniã habent. De quo Dom. Solorzanus Cap. 11. citato, num. 26. Et id fanè oftendit quã alieni ſint à priuilegij huiusmodi conſeſſione. Dicendum ergo videtur circa adminiſtrationem dictã Reges noſtros Alexandri Sexti ſe conſeſſione tueri, dum decimas illis donauit: & licet eas Ecclēſiis redonauerint, quoad illas tamen, de quibus agimus, in iplarum vacatione aliquale jus retinendum cenſuiſſe: non vt quidquam ſibi acquirant; ſed vt ſecurè, conuenienter, & opportunè diſtribuant. Iuris ergo Pontificij diſpoſitio quoad ſubſtantiam ſeruatur, quod, vt vidimus num. 111. præſertim intendit Ecclēſiarum indemnitatibus præcauere: quod quidem egregiè præſtat: non verò quoad modum. Licet autem Pontifices Alexandri ſucceſſores nouum circa hoc priuilegium non inueniantur conſeſſiſſe; immò & plures, vt vidimus, contrarium attentarint: quia tamen Alexandri priuilegium non abrogarunt, eo Reges noſtri quoad hoc poſſunt verofimili opinatione gaudere. In quo quidem oſtendere volunt nullo ad talè agendi modum propria vtilitatis reſpectu moueri; ſed eo ipſo, quem Pontifices iuris Canonici auctores in ſuis deciſionibus præſeſerunt; quod ſcilicet vacantis Ecclēſiæ redditus contra multorum auſus, ex auaritiæ ſtimulatione conceptos, in bonum Ecclēſiæ ſeruentur, & vtiliter expendantur. Et hæc quoad prædictã adminiſtrationem.

115 Extant etiam plures Regiæ Scedulæ, quas in particulari commemorat D. Gaſpar de Elcalona in Gazophylacio Lib. 2. Parte 2. cap. 33. ſ. 2. num. 9. quibus cauetur ne Religioſi noua acquirant prædia: non quidem circa hoc auctoritatiue quidquam diſponendo; ſed iubendo vt ſupremi Magiſtratus induſtriè hoc & ſoleter impedire curent non vi, ſed induſtriã: eò quod nouorum prædiorum acquisitione decimæ, & conſequenter Regij Noueni valde imminuti videantur. In quo quidem Rex noſter grauem eſt paſſus deceptionem. Decimæ namque, & conſequenter Noueni, in aliquibus Ecclēſiis & in Limanã omnium maximã, his annis nimium quantũm exereuerunt. Quod ſi alicubi imminutio eſt aliqua deprehena, non ex Religionum augmentis, ſed ex aliis cauſis eſt acciditſe comperit. Ecce coram Deo, quia non mentior. Quod cùm & Regiis Miniſtris conſtare poſſit, peccabunt equidem grauius, ſi id quod Religioſis beneficio iuris communis, Pontificiã benefi-

centiã, & Regum etiam noſtrorum Bullas Apoſtolicas in Regio Indiarum Conſilio Regiſtratas amplectentium auctoritate comperit, ſtudeant modis quibuſlibet oſſuſcare. Quos obſequendi manet neceſſitas, non auctoritas imperandi. Ex Cap. Ecclēſiæ. & Cap. Cum laici, iam citatis: & fanè expediret ampliùs, vt Reges noſtri ex redditibus Ecclēſiarum vacantium, quos, vt vidimus, in Ecclēſiæ vtilitatem expendunt, portionem aliquam Religioſis cœtibz graues patientibus neceſſitates, conſignarent. Hoc enim opus pium, & maxime pium eſt: vnde in Iure expreſſum, vt bona ad Ecclēſiam ſpectantia Religioſis valeant applicari. Sic enim habetur in Cap. Relatum 2. iam citato, ibi: Licet autem mobilia per Ecclēſiam acquiſita (id eſt intuitu Ecclēſiæ) de iure in alios pro morientis arbitrio transferri non poſſunt: conſuetudinis tamen non eſt improbanda, vt de his, pauperibus & Religioſis locis, & illis, qui viuenti ſeruiunt, ſine conſanguine ſint ſine alij, aliqua iuxta ſeruij meritum conferantur. Sic Alexander Tertius. Diaboli autem fieri videtur inuidiã, vt in huiusmodi largitionibus Religioſa domus in Indiis conſiſtentes prætereantur, vt ſic indigentia crescente, Religioſa diſciplina marceſcat, ſintque Religioſi ad propagandã fidem, & exempli ædificatione rem Chriſtianam promouendam, minùs quàm eſſe oporteat efficaciſſes.

Illis ex v. cambibus aliqua meritis conſignanda.

Cap. Relatum 2.

CAPVT XV.

De Gabella, quæ dicitur Alcauala.

116 Alcauala genus impoſitionis eſt pro liis, quæ venduntur: de cuius in Hiſpaniã origine plures Auctores agunt, ſicut & de nominis originatione; & dum alij hoc, alij diuerſo modo circa illam philoſophantur, nihil eſſe certum eo ipſo proteſtantur. Videantur P. Molina Diſput. 665. vbi rem perſequitur eruditè. Et Dom. Solorzanus Tomo 2. lib. 5. num. 48. & magis ex profeſſo in Politicã Lib. 6. cap. 8. & fortãſe non inueroſimili dici coniecturã poſſet Alcaualam dictã iuxta Hiſpanam vocem, Cana, quæ idem ſonat ac iuſtum & æquale: Al autem idem eſt quod Ad; vt perinde ſit atque Ad æqualitatem. Siue quia gabella hæc ad æqualitatem cum neceſſitate, pro quã cœpit exigi, eſſe debebat; ſiue ad æqualitatem rerum, quæ vendebantur, non omnimodam, ſed proportionatam. De quã, & de rebus, ex quibus ſoluenda, longior poſſet inſtitui tractatio, quales apud Auctores occurrunt, & videri inter alios poſſunt P. Molina Diſput. citatã, & ſeqq. P. Thomas Sancius Lib. 2. Conſiſtorum, cap. 4. P. Fragoſus Tomo 1. pag. 388. & ſeqq. & breuior ſumma apud D. Gaſparem de Elcalona in Gazophylacio lib. 2. Parte 2. cap. 2.

Qualiter in Hiſpaniã, & in Indijs excogitur.

117 Et quod ad Indias attinet, moderatione maiori, quàm in Hiſpaniã exigitur, in quã decima pro centũ ſoluitur; cùm tamè in illis quatuor pro centum exigantur: idque non rigidè proportionè ſeruata, ſed incapacitatione, determinatũ aliquod ab iis, qui vendere ſolent, per modum annuæ præſtationis exigendo: quod à Regiis miniſtris fieri nõ ſolet, ne grauior inde reddatur exactio; ſed à mercatoribus ipſis, quorum gremium, ſeu Conſulatus

An India cum onere dicto Corona accreuerint: dubia queſtio.

Non eſt iuſtam abſolute qui cenſeant.

Cardinalis Toletus.

Esse tamen ostenditur ex benigna imponentis voluntatis interpretatione.

Congrua pro eo P. Sancij doctrina, & notanda pro præxi.

tus in ſe ſuſcipit ſoluendi onus, determinatam ſcilicet annuatim ſummam per modum locationis. An autem ex eo præciſe quòd Indiarum regna adiecta Regiæ Coronæ ſint, ad Alcaualam remanſerint obligata, niſi priuilegium circa hoc Reges per tempus aliquod conſeſſiſſent, vt reipſa conſeſſerunt: queſtionis eſt jam parũ vtilis quoad rem moralem: quomodocumque enim res ſe habeat, conſtat priuilegium iam eſſe ſublatum, & obligationem extare ei ſimilem, quæ alibi niſi quòd maior in Indiis appareat, quia maior videtur illius iuſtificatione, ob moderationem dictã. Et quidem Dom. Solorzanus ſuprà, affirmatiuam ſententiam amplectitur, quæ tamen difficultate non caret: eùm enim onera iſta regnis imponantur ob illorum neceſſitates, ſintque illis proportionata; non debent noua regna cum eo grauamine ad Coronam venire, vt priorum regnorum neceſſitates ſuppleant, quandoquidem ipſa ſuas ſunt etiam neceſſitates habitura. Iuxta has ergo onera imponenda ſunt, quæ eſſe multò minores poſſunt, vt in Indiis accidit: & ita per annos plurimos ab onere vectigalium exemptæ, magna aliã emolumenta Regibus contulerunt.

118 Sunt autem qui Alcauala non penitus iuſtam exiſtunt, ex quibus Cardinalis Toletus Lib. 5. cap. 74. num. 2. ita ſcribit: Tales gabella, quæ ex his, quæ ad ſuſtentationem propriam emuntur, exigunt ſolent, magnam ſpeciem habent iniuſtiæ, & vix poſſunt iuſtificari. Ex hac parte illa gabella, quæ apud Hiſpanos dicitur Alcauala, videtur iniuſta: quæ quidem exigitur tum de mercibus, tum ex ijs, quæ in proprios uſus emuntur. Nec ſolum ex hac parte iniuſta videtur, ſed etiam quia jam ceſſauit ſinis, propter quem ſuit impoſita; puta bellum Granatæ: & quamuis bellum eſſet, Reges illi ſunt adeò diuites facti, & gabella etiam alie adeò pinguis, vt poſſit prouideri ſufficienter abſque tanta exactiõne. Sic ille. Quod & tenent alij apud P. Sancium ſuprà, Dub. 13. ex alio principio, ſcilicet quia duriffimum tributum eſt, & eatenus iniuſtum, decem pro centum exigere: quod & affirmat ipſe Pater, dicens ſic tenuiſſe plures Magiſtros Salmanticenſes; vnde ait non teneri venditorem ſoluere decem pro centum, ſiue vnum pro decem, ſed pro triginta vel quadraginta vnum.

119 Quæ quidem cùm apud graues ſcriptores extent, neque exteros illos, ſed Hiſpanos, & erga Reges ſuos piè affectos, non poſſunt vt leuia reſutari. Sed ne Regum ipſorum pietatem & iuſtitiam videamur offendere, dum impoſitionem dictã iniuſtiã notã traducimus: videtur dicendum aliud eſſe, quod verba ſonant; & aliud, quod iuxta ipſorum mentem æſtimandum venit. Verba quidem decimam ſonant, ſed decimam accipi non eſt Regiæ voluntas. Quod quidem ex eo oſtendi poteſt, quod habet P. Sancius ſuprà, Dub. 12. num. 18. Vbi ait poſſe nos excuſare à reſtitutione Alcaualæ multos mercatores, quibus publicani non diſcooperiunt merces, nec cogunt ſub iuramento aperire veritatem, ſed ſimpliciter ſtant eorum dictis, & ij minùs quàm ſit, palam faciunt. Cùm iſtis enim diſſimulare poſſimus, nec illos obligare ad reſtituendum illud, quod ex occultatis mercibus non ſoluerunt, ex voluntate tacitã, immò ferè expreſſã cuſtodum ſeu ex-

actorum, notã & approbatã à ſuis dominis, qui conſultò, dataque operã volunt, ac iubent his miniſtris, ne ſint oneroſi ac rigidi eis mercatoribus: ſed potiùs leniter ac ſuauius ſe gerant cum illis, ſtentque eorum dictis: atque hoc faciunt ob proprium commodum & emolumentum, gaudent enim omnes talia loca frequentare animaduertentes commodum & vtilitatem, quam inde reportant. Sic dictus Auctor: cuius doctrina in Indiis manifeſtor habetur ex iis, quæ aſſert Dom. Solorzanus in Politicã pag. 975. ſ. 1 ya en algunas, & ſeqq. Et id quidem quando ad rationem duorum tantum pro centum ſolui iubebantur. Quid ergo de illã velint, quando decem pro centum exiguntur? Hinc eſt quòd approbat P. Sancius ſuprà, num. 2. ex Ledemã deſumptum, vix vquam Regem percipere vigefimam. Pro quo etiam facit id, quod ait P. Molina Diſputat. 674. ſ. Quinta conſeſſio: Quòd ſi tributa omnia integrè & fideliter ſoluerentur, Principes non imponerent tot, quot imponunt, quia pauciora impoſita ſufficerent; atque ſola alcauala integrè ſoluta, ad ingentem ſummam perueniret. Sic ille, & benè. Et quo fit neque trigefimam, & fortè minùs multum Reges præcipere. Præuidentes ergo in executione ipſã ita futurum, partem ad eò conſiderabilem deſignarunt, vt reipſa moderatum aliquid reportarent. Vt hic etiam verum habeat illud, Iniuſtum petas, vt iuſtum ſeruas.

In Indijs id manifeſtum.

Notanda & alia P. Molina.

In Indijs moderatè videri.

Ex nouiſſe impoſitionis vitanda turba.

120 Videtur autem iuxta dictã Alcaualam in Indiis eſſe iuſtam, quia moderata eſt, ad rationem videlicet quatuor pro centum, ſi in omnibus partibus eſt æqualis. Quamquàm & hoc erunt qui negent: cùm enim ſint qui dicant tunc tantum eſſe iuſtam, quando ſoluitur vnum pro quadraginta, in quatuor pro centum exceſſus eſſe videtur, cùm ad rationem vnus pro quadraginta duo tantum cum dimidio reſpondeant centum. Sed certè valdè moderata apparet, ſuppoſitã benignitate, quæ iuſta eſt circa exactiõnem adhiberi: ſic enim idem accidit, quod nuper circa decimam dicebamus: multò ſcilicet minùs reipſa colligendum. Poſitã autem tali moderatione an in conſcientiã ſit ſoluendi obligatio, communis difficultas eſt, de quã dictum aliã. Eſſe autem aliquando ſpecialis in Peruuio, & Prouincijs adiacentibus poteſt, ex tributi huius nouitate in illis, de cuius introductione Hiſtorici Indici & adducti Solorzanus, & Elcalona. Id autem accidit quando duo tantum pro centum petebantur. Proximis autem annis ab Excellentiffimo Comite de Chinchon Peruuiano Prorege duo addita: quia hoc conuenientius viſum eſt quàm ſummam quamdam annuatim pendendam expromere à Rege pro vnione armorum expetita: & id ſuit à Rege confirmatum, vt apud citatum Elcalonam videri poteſt, num. 3. & 4.

121 Quoad duo ergo addita ob prædictum finem impoſitio præſata nouior eſt, & ita minùs obligatoria, iuxta eorum doctrinam, qui gabellas nouiter impoſitas non obligare in conſcientiã affirmant, eò quod minùs iuſte cenſeantur: vt videri poteſt apud P. Sancium ſuprà, Dub. 6. num. 5. & P. Molinam etiam ſuprà, num. 7. Vbi & addere aliquis poſſet, quandoquidem Indiarum regna ita ſunt Regiæ Coronæ Regum noſtrorum adiecta, vt onerari exactiõibus poſſint ſicut & alia;

Quoad duo addita minùs obligare; quia noua impoſitiones minùs iuſte cenſentur.

Quid pro Indis attentione dignum

conſequenter etiam eorum commoda debere ſentire, iuxta noſſimam Regulam Iuris in 6. quod qui ſentit onus, ſentire debet & commodum. In regnis autem Hiſpaniæ onera gabellaria imponi nequeunt, niſi Comitibus vocatis, Procuratores ciuitatum, & Tribuni plebis ea probent, vt bene aduertit P. Saneius Dub. 2. num. 5. & talis ſeruatus ſtylus in alcaualæ impositione, dum illa eſt vndecimo Alphonſo Regi conceſſa, vt citati Auctores referunt, & præſertim P. Molina Diſputat. 665. Atqui nihil tale in Indiis peractum, vt in illis alcauala ſtatuatur, & ſaltem quoad duo de nouo addita à præſato Prorege id videtur vrgere. Licet tamen poſſit id, quod ex Dom. Solorzano adductum num. 118. Sed & quia illud ſua non caret difficultate, vt ibi demonſtratum, eo ſeruari poſſunt, qui obligationem iſtam rigidam arbitrantur. De quo hæc ſatis; ſi tantum addamus Indos ab onere alcaualæ exemptos per ea, quæ adducit Dom. Eſcalona ſupra pag. 151. num. 5. vbi & videnda alia.

CAPVT XVI.

De veſtigiali maritimo, vulgò Almoxa-riſazgo.

Almoxa-riſazgo quid deſignat.

Idem quid Portorium.

Ingenis aliquando.

Quomodo D. Solorzano illud augetur quotidie dixit.

Almoxa-riſazgo, vnde Almoxa-riſazgo, vox eſt Maurica, & quidquid egyptum illius ſonet, de quo non plene conſtat, Præſertim maritimis veſtigialibus colligendis ex iis ſcilicet, quæ aduehantur, aut extrahuntur, deſignat; & ius ipſum exactionis Almoxa-riſazgo dictum. Pro quo videri poteſt Dom. Solorzano Tomo 2. Lib. 5. numer. 53. & in Politicâ Lib. 6. Cap. 9. qui in Prouincijs Indiæ ait eſſe maioris quæſtus ac ponderis circa Regios redditus, dictum generaliter Portorium, & magis in ſpeciali pro illis explicatur à D. Eſcalona in Gazophylacio Peruaniano pag. 138. & 139. & aliquando quidem, teſte Matienzo, quem Dom. Solorzano adducit, ita erat veſtigial iſtud conſtitutum, vt ex mercibus, quæ ad Indias vendendæ comportabantur, quindecim pro centum ſoluerebantur, & ex vino viginti: ex quibus media pars ſoluebatur in Indijs, media in Hiſpaniâ: & eſt illud iuxta Schedulam Regiam Anni 1566. quæ extat Tomo 3. pag. 449. Quod ſane nimis durum apparet: & ex eo tolerabile videri potuit, quia merces tunc magnis pretijs vendebantur. Sed mirum eſt quod addit idem Dom. Solorzano, poſt adducta Matienzi verba Lib. 5. citato num. 54. Sic dicens: Quod tamen quotidie augetur videmus, Regijs neceſſitatibus, & hoſtium, Piratarumque incurſibus ita deſiderantibus. Sic ille, non obſcure ſignificans onus prædictum maius Indies fieri: quod tamen in vino dici in primis nequit ante in Peruaniam afferri ſolito; adeo enim iam illud ex vineis natiuis abundat, vt externo non egeat, nec ſit cur generoſius apud Europæos debeat exoptare. Circa merces autem alias ad minorem eſt ſummam exactio iſta redacta; ad rationem ſcilicet quinque pro centum, iuxta maiorem rei valorum, quem habet in eo Indiæ portu, pro quo regiſtrum eſt factum. Quomodo ergo ſtare poterit id, quod ait Dom. Solorzano, ſupra ſummam

ingentem illam quotidie veſtigial iſtud augetur?

123 Videtur quidem diſſicile, ſed certè re-attentiùs expenſa poteſt vtrumque componi. Nam in portu Terræ-firmæ quinque dicta ſoluuntur, iuxta medium pretium, quod ibidem habent. Rurſum eum ad portum Callaenſem perueniunt, alia quinque ſoluuntur: & deinceps cum in portum Aricæ, aut ex Chilenſibus alium prouehantur, alia quinque. Ecce iam quindecim, vt dictum poſſit Auctoris præſati conſtare, non attentis verbis Matienzi, quæ aliam profectò tunc vigentem diſpoſitionem inſinuant, ſed quod re ipſa deprehenditur. Circa merces autem, quæ ex Indijs in Hiſpaniam aut Prouincias alias, ſeu portus intra eandem tranſuehantur, ratio eſt exactio- nis alia: de qua Dom. Eſcalona pag. 139. & eſt quidem non leuis, ſi præter alia illud perpendamus veſtigial iſtud pro nauigationis ſecuritate ſolui conſueuiſſe, dum mare ab hoſtibus liberum nauigantibus exhibetur: quod tamen in mari Auſtrali ſeu Pacifico, eſt de ſubiecto, vt dici ſolet, non ſupponente; cuius ſecuritatem non Regia claſſis, ſed marium conſtituit impenſitas, vt ſit ſane rarum in illo hoſtile aliquid experiri quod ad veſtigial pro mercibus ex Hiſpaniâ adductis referri poteſt, adeo accreſcens ex eiusdem maris enauigatione, in qua onerarias numquam pro ſecuritate commoda naues Regiæ comitantur.

Eius dictum vtrumque oſtenditur.

Quale pro his, quæ ex Indijs exportantur.

124 Hinc oritur difficultas circa iuſtificationem veſtigialis dicti ei ſimilis, de qua Cap. præcedenti. & qui illam in alcaualâ, ſi exactio ſit vt lege præſcribitur, non agnoſcunt, in eo pariter denegabunt. Sed videtur ſimiliter philoſophandum, vt ſcilicet ſumma exactio- nis exceſſiua ſit, ſed quæ numquam penitus perſoluatur. Quod enim in alcauala euenit, in hoc etiam veſtigialis genere deprehenditur; occultantur enim merces, neque rigidè cum mercatoribus agit mercium inuolucra reſignando, quod eſſet ſane incommodiſſimum; ſed eorum ſtatutis iuramento firmatis, aſſerentium merces tales eſſe eandem, quæ in regiſtro continentur: iuxta Regiam ſchedulam, quæ habetur Tomo 3. pag. 474. Quibus aliam addo rationem. Nam Reges noſtri, cum ſint præcipuum Catholicæ Eccleſiæ propugnaculum, plures habent aduerſarios: ſicut enim contra illam portæ inferi præualere nituntur; ita & contra illos, eiusdem inelytos deſenſores. Ex quo aliquando euenit vt intra patrimonialia Regna etiam turbationes emergant externorum hoſtium ſtatibus concitatæ: pro quibus negari nequit quin immenſi theſauri requirantur. Ne ergo frequentiores & nouæ exactio- nes moleſta vaſallis accidant, & in earum præſtatione nouæ difficultates oriuntur: quædam præcipuè eliguntur, & augentur pro neceſſitatum incremento. Ex quibus veſtigial, de quo agimus, vnum eſt: quod, vt dictum, maioris quæſtus & ponderis comperitur.

An obligatio in conſcientia. Vbi quid de alcauala reſoluitur.

Ratio pro eo ſpecialis.

125 Circa obligationem autem Regiorum Officialium, qui in portibus ad tale miniſterium aſſiſtunt, dictum à nobis num. 23. & ſeqq. & quod ibi in eorum fauorem admiſſum & explicatum, ex eo firmari poteſt, quod in alcaualæ exactio- ne Regia reſcripta diſponunt: quod ſcilicet benignè & vitatis moleſtijs exigantur, vt dictum

Regiorum Officialium obligatio benignè declarata

NUM. 120.

Iuramentum mercatorum tolli valde futurum expediens.

num. 120. & circa veſtigial etiam iſtud Regia eſt ſchedula Tomo 3. pag. 474. cuius mentionem faciunt Ioannes de Heuia in Labyrintho Contractuum Cap. 7. num. 20. & D. Eſcalona ſupra pag. 139. L. F. in qua decernitur, vt, niſi denunciator ſit, dictis mercatorum ſtetur, nec vaſa mercium aperiantur, dummodo iurent merces eas metipſas eſſe, quæ in regiſtro continentur. Quod iuramentum neſcio an vlu receptum, ſic ita vt ſemper exigatur, & ſatis certè eſſet talem obligationem auferri, cum ex hoc periuriorum quamplurium occaſiones oriuntur. Et Iura quidem ſtatuant multorum teſtimonium non admittendum, etiam iuramento firmatum, qui ad eum, pro quo iurant, ſpeciale habeant affectionem ob cognationem, aut rationes ſimiles. Quis autem non videat erga propria bona homines, & præcipuè eos, qui mercimonijs viuunt, ſingulari affectione teneri? quomodo ergo eorum iuramentum non debeat haberi ſuſpectum? Et vt eos conſcientiæ ſuæ non exiſtitemus immemores: cum opinionis ſibi fauentes habeant circa huiusmodi obligationem, & aliunde etiam alia ſint, iuxta quas licitum eſt in iuramenti amphibologiâ vti, quando non leuis in eo vitia vitetur: qualis de eorum iuramento poteſt eſſe fiducia, aut æſtimanda ſecuritas? Præſtat ergo obligationem iurandi tolli, & illam miniſtrorum diligentia ſuppleri, moderatione adhibita, quam iuxta voluntatem Regis eſſe in rebus talibus, iam remanet demonſtratum.

CAPVT XVII.

De Veſtigiali alio maritimo, vulgò Aueria.

Aueria quid, & quando impoſita & auerſa.

128 Pro præſidiarijs claſſibus introductum illud, vt ſcilicet mercatores, & tranſfretantes alij ab hoſtibus ſecuri ſe & ſua poſſint mari committere, armis Regijs defendendi. Et in Peruuio quidem ob prædictam rationem initium habet, cum Franciſcus Drachius Anglicus pirata nauim Regiam ſolito tranſmitti theſauro onuſtam, nec militari aliquo tutamento munitam, Auſtrali in pelago poſt Magallenicum enauigatum fretum, occuparet. De quo D. Eſcalona in Gazophylacio Parte 2. pag. 140. num. 3. Tunc enim Excellentiſſimus Prorex D. Martinus Henriquez claſſem inſtruedam ſtatuit, & ita pro expenſis in eâ faciendis dimidium pro centum reddendum eſſe decreuit, quod ad vnum excreuit poſtea, & tandem ad duo: ex argento ſcilicet, quod Regijs nauibus exportatur ex Callaenſi portu in Panamænſem. Et ita affirmat citatus Auctor; cum tamen certum ſit ſolui etiam quando in onerarijs ſine aliquo Regio præſidio argentum regiſtratur. Solent autem Proreges circa hoc cum mercatorum gremio compoſitione benignâ vti, & certâ quantitate acceptâ ad rationem regiſtri fieri ſoliti, circa alia à perſecutione penitus abſtinere, neque in pœnam commiſſi capere, quæ non multo negotio poſſent explorare.

Indulgentia Prore-

129 Et de iuſtificatione indulgentiæ huius nullus moueri ſcrupulus ſolet, quia hoc modo

utiliter Regis negotium agitur, & communitatem utilitati conſulitur. In regiſtro enim grauiſſimum diſpendium mercatores experiuntur, & cõmodo aliquo circa hoc eiſdem denegato, pauciora ad regiſtrum adducunt, & modis alijs indemnitati ſaculatum ſuarum providebunt. Et hoc quidem Regium Indiæ nequit latere Cõſilium; & cum non damnet, vt damnare alia ſolent, non debet illicitum reputari. Quod enim de alcaualâ, & portorio dictum nuper, huic etiam exactio- ni poteſt attribui: vt ſcilicet nolit Rex amare peragi, & Prorege ſuo non licere, quod Officialibus præſatis licitum eſſe pronuntiauit. Pro quo & iuuat quæ adducit D. Eſcalona ſupra pag. 180. num. 16. & 17. & quem allegat Heuia: L. F. Nomine autem Officialium non veniunt nauales adminiſtri, qui ſe ad occultandas mercatorum gazas, & aliorum tranſfretantium offerunt, pretij non leuis obtentu: iis enim nihil tale licet, quandoquidem Regis ſtipendium ad tuenda ipſius iura recipiunt, vnde ex officio ad damna inde ſecuta tenentur, vt ſæpiùs dictum, & pro quo videri ſpecialiter poteſt Dom. Solorzano Tomo 2. Lib. 5. num. 75. & ſeqq. & in Politicâ Lib. 6. Cap. 9. in fine, vbi de Generalibus, Almirantibus, Ducibus, Argenti-magiſtris, Contra-magiſtris, & militibus id affirmat. Sed quod ad duces atinet, diſtinguendum videtur: aut enim tales ſunt quibus cura nauis incumbat, & ij merito alijs adneſcuntur, qui ex officio tenentur non cooperari vt iura Regia defraudentur. Alij autem ſunt Infantarij, quibus præcipuè res militaris competit: & ij ratione officij nullam videntur ſpeciale obligationem ad prædictam cuſtodiam habere: & eodem modo de militibus aſſerendum, niſi quando ſpecialis cura cuſtodix illis committitur. Sicut & de Contra-magiſtris, quorum aliud eſt munus & multò potiùs de Nauarcho ſeu Piloto, ob eandem rationem. Qui tamen ex alio generali principio obligari poſſunt, eo ſcilicet quod cooperentur defraudationi Regiorum iurium, ſi ij, qui defraudant, ad manifeſtationem obligantur. Cum tamen ij, quibus ex officio competit, ad reſtitutionem teneantur; quidquid de opinionibus ſit, quæ circa manifeſtationem eſſe poſſunt, de quo dictum alia.

quod circa illam deſenditur.

Qui Officialium nomine intellegantur.

130 Et vt manifeſtatio talis in conſcientiâ obliget, præter dicta de alcauala & portorio, eſt Regium reſcriptum, quod habetur Tomo 3. pag. 474. in quo Philippus Secundus, clariffimæ memoriæ Rex ita ſtatuit: El que encubriere el Aueria, y no pagare, allende de auer perdido la mercaderia, & cosa que llevar por registrar conforme à la Ordenanza, aunque condonado & executado en perdimento de la cosa, toda via queda obligado à pagar el Aueria della. Y aunque no ſea denunciado, ni ſe ſepa, eſtá obligado à la pagar en el fuero de la conciencia. Y los que por deſcarga della viniere reſtituyendo, no cumplen con reſtituir la à ninguna cauſa pia, ſino que ſean obligados à reſtituir la al Reſetor, por ſi, & por interpoſita perſona, por ante el Eſcribano de la Aueria, &c. Vbi quidem Aueriæ tantum reſtitutio in conſcientiâ foro præcipitur, non autem alterius contra legem occultati. Quod autem re occultatâ per ſententiam amiſſâ, obligatio in conſcientiâ foro ad Aueriæ ſolutionem remaneat, nimis eſſet durum, & ita reſcripto præſato id non videtur imperari; ſed

Aueria an in conſcientia obligat, pro quo poena reſeruentur.

Philipp. 2. reſcriptum obligatio- nem ſalem ſtatuentis, & quid ex illo ut accuſatur.